

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Graduale benedictinum - Cod. St. Blasien 24

[St. Blasien], [1771]

Oratio

[urn:nbn:de:bsz:31-46917](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-46917)

Omnipotens Sempiternus Deus, de Cujus
 munere venit, ut tibi a fidelibus tuis digne et laudabiliter
 Serviatur: infere pectoribus nostris amorem tui nominis,
 et presta in nobis religionis augmentum, ac perseverantem
 in tua voluntate famulatum. ut te in omni vita nostra, prae-
 cipue inter Missarum Solemnia devotè adoremus, te bene-
 dicamus, et glorificemus; quatenus sic fiat Sacrificium
 nostrum in Conspectu tuo, ut placeat tibi, Domine Deus.
 Fiat, quaesumus, per gratiam tuam: ut ubiq; terrarum,
 praesertim in hoc loco, tuo nomini Consecrato, populus
 et Congregatio tibi Serviens, merito augeatur et numero:
 et sic te jugiter magnificemus in terris, ut cum Sanctis
 tuis in aeternum te laudare mereamur in Coelis: tibi enim
 debetur laus, tibi gratiarum actio, tibi honor, virtus et
 gloria, Deo nostro, in Saecula Saeculorum. Amen.

[Faint, illegible handwritten text within a rectangular border]



[Partial view of the adjacent page showing musical notation and large letters C, F, J, and G.]